Fragmentarium

quibus oraculum respiciebant utpote iuxta utrumque latus templi
e regione posita; si etiam omnia candelabra sed ex utroque latere
templi in longum posita erant non dicerentur contra oraculum
posita sed potius contra aquilonem sive contra meridiem. Sic et contra men-
sas ibi stabant quomodo dictum est in Exodo de illo uno candelabro quod ebrque
ulli dubitabile est ad meridianam faciet. Posuit et candelabrum
in tabernaculo testimonii e regione mensae in parte australi.
Itemque in libro Numerorum: Cum posueris VII lucernas contra eam
partem quam candelabrum respicit lucere debebunt. Et utraque ergo par-
te templi candelabra et utraque erant mensae, quia scriptura divi-
na et ad inlustrationem et ad refectionem utriusque Dei populi condi-
ta est, quia nos in prosperis et adversis intrinsecus ac exterius
reficere ut reficiamur et ne caecitate teneamur inlustrare con-
suevit. Utraque quoque misericordiae sibi supposita hoc est scriptu-
rae iustorum opera utrumque nobis pro quibus in actione iustitiae et
ipsi conformemur proponit. Sicut quaterquinis inter candelabra
et lucernarum typice dictis possumus recte intellegere.
Lucernae autem uirorum sunt qui a Deo semper infusi et spiritus igni dilecti-
onis ardent in corde et proximis lucem veritatis praestant in
lingua. Candelabra autem quae has lucernas in sublimiore tol-
lunt ut longe lateque videri possint in ecclesia scripturarum esse
...ae quae sanctorum nobis vitam et doctrinam sua lectione
demonstrant. Cum videlicet interpretationi eadem sermo Domini
quod de Iohanne ille erat lucerna ardens et lucens. Possumus
autem recte aptissime dicere quia lucernae divina sunt eloquia iux-
ta illud psalmistae quod supra posuimus: Lucerna pedibus meis

Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque nationale de France

License: cc-by-nc-sa – Paris, Bibliothèque nationale de France, Baluze 270, ParisBNFBaluze270_330_f157v – Fragments of manuscripts gathered by Étienne Baluze (https://fragmentarium.ms/view/page/F-0r5d/340/5336)